



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 11. Elisabetha Regina comprehensa, atque ad Turrim abducta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

carnifex subito terrore correptus non- Sæcūl. XVI.  
A. C. 1554.  
 nisi tertio ictu caput a corpore separare  
 poterat. Diffiduebant lacrimis ad hoc  
 spectaculum adstantes, ac populus in  
 cunctos Judices, qui ad illius mortem  
 conferebant, convitia effundebat: Mor-  
 ganus vero, qui capitis sententiam pro-  
 nuntiaverat, phrenesi correptus hanc  
 fœminam ex suis oculis dimoveri con-  
 tinuo petens vociferabatur. (\*) Die  
 decima septima ejusdem Mensis Suffol-  
 ciæ Dux Joannæ Pater ad mortem dam-  
 natus die vigesima prima capite plexus  
 est, de hoc summopere dolens, quod  
 Filiæ suæ mortem ambitione sua pro-  
 curasset.

## §. XI.

*Elisabetha Reginæ comprehensa, at-  
 que ad turrim abducta.*

Postmodum judicij acta adversus Via- Sleidan.  
comm. l. 25.  
p. 941.  
Burnet l.c.  
 tum instruebantur, quamprimum  
 igitur hic eoram judicibus comparebat,

B 4

vitæ

(\*) Hanc in rem Continuator allegat Spon-  
 danum, Thuanum, Sleidanum, & Burne-  
 tum, sed hi tres primi de Morgano nullam  
 omnino faciunt mentionem, hinc mirum,  
 quod Continuator Burneti commenta ad con-  
 flandam Mariæ Reginæ invidiam excogitata  
 tam avide absque ullo alio teste transcribere  
 voluerit.

**Sæcul. XVI**

A.C. 1554

vitæ veniam exorans in grati animi signum offerebat, se curaturum, ut Reginæ matrimonium a præcipuis Regni Proceribus ratum haberetur. his dictis etiam Cortinarum Devoniæ Comitem, & Elisabetham Henrici VIII. Filiam accusabat, quod & ipsi hujus conjuratio-  
nis consciæ essent: verum hac sua accu-  
satione nil, nisi supplicii dilationem im-  
petrabat: interea tamen Devoniæ Co-  
mes captus ad Turrim abstrahebatur:  
Elisabetha vero, quamvis ægrota esset,  
Londinum deducta Witehalli cuidam  
cubili includebatur, interdicta cujus-  
cunque alloquii copia, & tandem die  
undecima Martii ad Turrim pariter ab-  
ducebatur, Comes vero in Italiam exu-  
latum abire coactus est. Die decima  
quarta, & decima quinta Februarii Bre-  
tus, qui indigenis Viati militibus præ-  
erat, unacum aliis quinquaginta octo  
rebellibus laqueo suspensus periit, at-  
que alii sexcenti die vigesimo ejusdem  
Mensis laqueum in collo gestantes Regi-  
næ exhibebantur, a qua etiam vitæ  
gratiam obtinebant. Nicolaus quoque  
Troghmortonus Eques, conjurationis  
quidem reus accusabatur: ait cognita  
ejus innocentia de crimine absolvebatur,  
judices vero, qui eum condemnabant,  
gravissimam pecuniarum multam pen-  
dere cogebantur: hæc tamen gratia  
Nico-

Nicolao facta admodum exitialis fuit **Sæcul. XVI.**  
 Joanni Troghmortono ejus fratri, qui **A.C. 1554.**  
 extremo suppicio afficiebatur, eoquod  
 ejus crimen per ipsas rationes, quibus  
 alterius innocentia vindicabatur, ma-  
 nifestum fieret. Ceterum Elisabetha  
 haud diu in Turri detinebatur; quippe  
 a Præfecto perbenigne habita die de-  
 cima sexta Maij Woldstockium defere-  
 batur, cujusdam Viri, a quo tamen  
 durius habebatur, custodiæ tradita,  
 ubi etiam usque ad Reginæ Mariæ obi-  
 tum hærere compellebatur.

### §. XII.

#### *Mandata Episcopis data.*

**Sedatis omnibus hisce tumultibus, Re-** **Aæ. publ.**  
**gina Episcopis præcipiebat, ut quan-** **Angl. t. 15.**  
**tocius suas diœceses lustrarent, eaque** **o. 376.**  
**in re leges nuper promulgatas exequen-**  
**rentur: hinc illis erat injunctum, ut**  
**omnes leges Ecclesiasticas, quæ vivente**  
**Henrico Mariæ Patre observabantur, in**  
**usum deducerent, nec ultra in senten-**  
**tiis ad Episcopale forum spectantibus**  
**Henrici nomen apponerent, minus vero**  
**a Clericis juramentum, quo hi se Re-**  
**gem tanquam supremum Anglicanæ**  
**Ecclesiæ caput veneraturos spondebant,**  
**deinceps exigenter, aut cuidam de hæ-**  
**resi suspecto sacros Ordines conferrent.**  
**Jubebantur etiam omnem adhibere co-**

B 5 natum,